

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput undevigesimum. De linguæ Anglo-Saxonicæ dialectis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1559>

MOESO-GOTHICA.

87

Mun etiam apud *Islandos*, ut apud *Mæso-Gothos* **MUNA**, in constructione cum aliis verbis, futuri temporis adjacentiam indicat, & haud secus ac *skal*, efficit orationis structuram non assimile illi, quam habet *Græcorum* *μίσθιον*: ut, *eg skal giora*, *eg mun giora*, *faciam*, vel *facturus sum*. Sic autem conjugatur.

Indicativi præsens.

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
* <i>mun.</i>	<i>munum.</i>	<i>mune.</i>	<i>munum.</i>
<i>munit.</i>	<i>munud.</i>	<i>muner.</i>	<i>mune.</i>
<i>mun.</i>	<i>munu.</i>	<i>munc.</i>	<i>mune.</i>
<i>Eg mun elſka, amabo.</i> <i>Eg mun werda elſka-</i>			<i>Ad eg mune elſka, amavero.</i> <i>Ad eg mune werda elſkaduz, amatus fuero.</i>

Nota etiam quod *skal*, & *mun* sola nihil signif. apud *Island.* & quod *muu* apud septentrionales *Anglos* & *Scotos* gerundivam vim etiam habet, coniunctum cum aliis verbis: ut, *I muu go*, *abeundum est mihi*.

Indicativi præsens.

Coniunctivi præsens.

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
<i>maa.</i>	<i>meigum.</i>	<i>meige.</i>	<i>meigum.</i>
<i>maatt.</i>	<i>meigid.</i>	<i>meiger.</i>	<i>meigid.</i>
<i>maa.</i>	<i>meiga.</i>	<i>meige.</i>	<i>meige.</i>
<i>Eg maa elſka:</i> <i>Ad eg meige elſka.</i>			

Islandi etiam circumscribunt tempus futurum per *eg aa*, *debeo*, ab *ad + eiga*, *babere*: & *eg atla, destino, statuo, certum mibi est*: ut, *Eg aa giora thad*, *eg atla giora thad*, *ego faciam*, vel *facturus sum hoc*, *certum est mibi hoc facere*. Hujus vocis *atla* manifesta sunt vestigia in sermone *Eboracensi*: ut, *I never etled that, nunquam hoc intendi*: *I never etled you't, nunquam hoc tibi destinavi*.

VI. Denique collatio indeclinabilium ostendit linguas *Anglo-Saxonicas* & *Mæso-Gothicas* *Islandicæ* esse propinquas: ut adverbia *huar*, *hpæn*, *thar*, *ðæn*, *hiodra*, *hipe*, *thadra*, *ðidep*, *nýðop*, *huadan*, *ΘΛΦ*, vel *ΘΛΔ*, *idag*, *idæger*, *iia*, *zea*, *GΛh*, &c.

Præpositiones: *til*, *til*, *innan*, *innan*, *af*, *of*, *Af*: *wim*, *ymb*, *osann*, *uppan*, &c.
Conjunctiones: *og*, *eac*, *edur*, *ahop*, &c.

Hic gradum sitet *Tyro* in *Anglo-Saxonis*; etenim quæ sequuntur non in usum novitiorum scripta sunt; sed iis destinata, qui in hac lingua mediocrem saltem peritiam sunt consecuti.

CAPUT UNDE VIGESIMUM.

De Linguæ Anglo-Saxonicae Dialectis.

I. Actenus de *Anglo-Saxonico* sermone, quem in auctoribus, qui in australibus, & occidentibus nostræ *Britanniae* partibus floruerunt, habemus purum, suavem & regularem, tractavimus. Jam restat, ut de ejusdem linguæ Dialectis, in sequentibus nonnihil commentemur; siquidem varias apud proavos nostros extitisse suæ linguæ Dialectos nemini in *Saxonico* monumentis vel mediocriter versato dubitandi locus esse potest. Hoc ut *Philo-Saxonum* gratia in alterâ editione facerem, *G. Nicolsonus* vir in Septentrionali literatura & antiquitatibus summus, cum in literis suis ad nos datis, tum in egregio opere suo, cui titulus * *The English Historical Library*, auctor primus fuit; non solum nostri fore instituti ratus, ut de *Dano-Saxonica* Dialecto singulare caput adjungerem, sed id ad ipsas *Institutiones* nostras, si non perficiendas, saltem adornandas, desiderari clamat, & ut effectum darem, plurimis verbis contendit.

II. Morem igitur doctissimi viri precibus gerens, ut ut ingravescente ætate, & adversis rebus pene fractus, ad opus me accingo, ingens quidem studio & operâ, etsi mole exiguum. Et ne in atrio operis lectorum candidum diutius officiosis verbis, quam par est, detineam; pro tribus linguis *Saxonicae* epochis totidem Dialectos censeo esse statuendas: Prima est, quam majores nostri locuti sunt à primo suo in *Britanniam* ingressu ad *Danorum* usque introitum, per trecentos

* Vide *Fr. Junii glossarium Gothicum in MN-NAIΔEΔNN*, & regulam xix cap. 8. + VI- de capitul. viii regulam 19. * Pagina 110, par-

& triginta septem annos, quo tempore *Pictis* & *Britannis* se immiscentes, parum simplicitatis, & puritatis linguæ suæ patriæ non potuerunt forsan non amittere. Sed cum nulla, proh dolor! istius ævi literaria monumenta, neque membranis inscripta, neque lignis saxisve incisa extant quæ scio, præter veri *Cædmonis* fragmentum quod in lib. iv, cap. 24. E. H. *Bedæ* regia versione extat, & forsan Harmoniam evangeliorum *Cottonianam* poetice, & paraphrastice scriptam; de hoc, quod *Britanno-Saxonum* dicendum esset, idiomate, nihil plane habemus dicere.

III. Secunda est, quæ in usu erat à *Danorum* in *Britanniam* ingressu ad *Normannorum* adventum, per bis centum septuaginta quatuor annos, præsertim in locis *Angliae* septentrionalibus, & australibus *Scotiaæ*, quibus victores longe ante incubabant *Dani*, quæ sub *Canutis* R. R. universam Angliam subjugaverunt; & de hac Dialecto, binis ¹ evangeliorum versionibus insignitâ, quarum alteram interlineatus codex *Rushworthianus*, alteram interlineatus codex *Cottonianus* conservat, in proximo capite cum Deo tractatur sumus.

IV. Tertia illa est, quam locuti sunt majores nostri à *Normannorum* ingressu ad *Henrici* ejus nominis secundi tempora. Hanc *Normanno-Dano-Saxoniam*, & versùs hujus periodi finem, *Semi-Saxoniam* vocandam censemus, & de eâ, quoniam ² monumentis literariis ex quibus exempla sumenda sunt, uti fruique nobis contigit, ut pauca etiam tradam, instituti nostri rationem postulare judicamus.

CAPUT VIGESIMUM.

De Dialecto Dano-Saxonica, in soluta oratione.

I. Ilce, de variis linguae *Anglo-Saxonicae* Dialectis & Dialectorum epochis, prælibatis; de *Dano-Saxonica*, quæ & *Germano-Saxonica*, vel *Theotisco-Saxonica* dici potest, tractandum est. Etenim ut magnam gentium colluviem, quas *Northmannos*, *Ethnico*, & *Piratas* chronographi, & historicæ *Saxonici* vocabant, cum *Cimbris* sive *Danis* suis, ad novas in *Anglia* sedes quærendas, secum diversis temporibus duxerunt profectionis Duces: ita *Dano-Saxonica* Dialectus, de qua jam agitur, non ex *Cimbricus* tantum vocibus, sed etiam *Theotiscis* tam nominibus & pronominibus, quæ verbis, cum *Saxonici* intermixtis constat, ut lector in *Franco-Theotisco* lingua haud omnino hospes in exemplis regularum, quæ sequuntur, facile poterit obseruare. Porro non exoticas tantum voces, sed exoticum genus scribendi, exoticas phrases, & præceptorum grammaticalium, quibus purior *Saxonica* gaudebat, contemptum omnimum & desuetudinem introduxit colluvies illa hominum; adeo ut Dialectum hanc, si voces species, barbaram; si scriptionem vocum, magis barbaram; si vero phrases exterias & idiotismos consideres, & ut grammaticæ, pari feritate, quâ illi omnes *Angliae*, partes devastavit, ipsa barbare magis barbaram jure meritoque possis dicere.

II. Primo igitur purioris *Saxonicae* nitorem & elegantiam cum externarum vocum barbarie dehonestavit *Dano-Saxonica* Dialectus. Sic in codice *Cottoniana* legimus *mec*, *mek* & *meh*, pro *me*, *me*, à *Francico* *mich*, *mik*, *mib*, vel *Cimbrico* *miȝ*, i in è mutata: *ðær* þe alle ic ȝello ȝif þu ȝalleȝ t ȝylohtay to popþenne *mec*, *hæc* tibi omnia dabo, si cadens adoraveris me. Ne ȝif *meh* pýþe, non eȝ dignus me. oþeȝ *meh*, super me. Se þe ȝ onþoȝ iuh, *meh* onþoȝ, qui recipit vos, me recipit, Matth. x, 41. Eadig ȝ if re ðe ne býþ onþyþnende in *mec*, *beatus* est, qui non fuerit scandalizatus in me, Matth. xi, 6. Sic etiam legitur þec & þeh, pro þe, te, à *Cimbrico* *þig*, vel *Franco-Theotisco* *thich*, *thigh*, *thih*: rende þeh uȝe híðune, mitte te deorsum, Matth. iv, 6. englum híȝ bebead op þe ȝ in hondum genimmer þec, *angelis suis mandavit de te*, & manibus tollent te, ib. Sic juh pro eop, vos, vobis: ut, ȝonȝeȝer ȝ iuh, dimittet & vobis, Matth. vi, 14. & iueȝ, iueȝpe, *vester*, *vestra*, à *Francico* júuuere, júuuere, *Sax.* eopeȝ: ut, ȝuȝ lehteȝ leht iueȝ, sic luceat lux *vestra*. ȝadeȝ iueȝ, pater *vester*. ȝonȝeȝer ȝ iuh ȝadeȝ iueȝ heofenlic ȝynna iueȝna, dimittet & vobis pater *vester* cælestis delicia *vestra*. ne ȝadeȝ iueȝpe ȝonȝeȝer ȝynna iueȝpe, nec pater *vester* dimittet peccata *vestra*, Matth. vi, 14, 15. Sic ȝrif, ȝrif, ȝrif, nos, pro *Sax.* ȝrif. Francice unsich, unsih, unsih, unsig: ne inlæd ȝrif in cotnunge, ah ȝeþrif ȝrif ȝrom ȝyele, ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. ȝrihten hæl ȝrif, domine salva nos, Matth. ix, 25. ȝu cuome hideȝ ȝep ȝid to pinenne ȝrif, venisti hic ante tempus torquere nos. ȝif ȝu popper ȝrif rend ȝrif, si ejicis nos, mitte nos. Sic

¹ De his codd. mss. tractat Tho. Mareschallus in observationibus suis in versionem evangeliorum *Anglo-Sax.* p. 491, 492. De *Cottoniano* autem codice consulendus est reverendus vir Thom. Smithus de rep. literaria & ecclesiastica præclare meritus, in sua Bibliotheca *Cottoniana* historia

& lynopsi. ² Qualia sunt nonnullæ *Chartæ* liber *Ornulum* inscriptus. Ecceſæ cathedralis *Roffensis* codex, *Textus Roffensis* dictus. & in biblioth. Coll. Trin. Cantab. Rythmi cuiusdem poetæ *Semi-Saxonice*, quique etiam extant in bibl. Bodl. Digb. A. 4. ³ Vid. R. xiv. ⁴ Vid. R. xiv.